Una Eccleſia a Chriſto Domino ſuper Petrum, origine unitatis, & ratione fundata. S. Cyprian Epiſt. 70.

Petro primum Dominus, ſuper quem ædificavit Eccleſiam ſuam, & unde unitatis originem inſtituit, & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit, (Matth. 16.) ut id ſolveretur in cœlis, quod ille ſolviſſet in terris. S. Cyprian. Epiſt. 73.

Nec reſcindere ordinationem (Sabini) jure perfectam poteſt, quod Baſilides, poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam, Romam pergens, Stephanum Collegam noſtrum longe poſitum, & geſtæ rei ac veritatis ignarum, ſefellit, ut exambiret reponi ſe injuſte in Epiſcopatum, de quo fuerat jure depoſitus. S. Cyprian. Epiſt. 68.

Lo-

Digitized by Google

e cui diede da prima la podestà delle Chiavi, che di seguente comunicò a tutti gli altri Apostoli; per significare, che, dopo la sua Ascensione in Cielo, dalla Cattedra di quell'uno solo, cui nella commessa pastura del suo gregge diede il suo Vicariato, doveva di necessità derivare. Che tanto importano i sensi replicati in più sue Epistole da San Cipriano, sopra la unità della Chiesa, e nel Trattato, che ne fece a parte; dove apertamente sentenziò, che non dovesse sperare di essere nella Chiesa, chi si aliena dalla Cattedra di San Pietro. Questo me-

---

Loquitur Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi*, inquit, (Matth. 16.) *quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves Regni Cœlorum* . . . . . Et iterum eidem, post resurrectionem suam, dicit: (Joan. 21.) *Pasce oves meas*. Super illum unum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas. Et quamvis Apostolis omnibus, post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: (Joan. 20.) *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum Sanctum, si cujus remiseritis peccata, remittentur illi; si cujus tenueritis, tenebuntur*; tamen, ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem, ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus; pari consortio prædíti & honoris & potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, *& Primatus Petro datur*, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstretur. Hanc Ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit; qui Cathedram Petri, super quem fundata est Ecclesia, de-

medeſimo Santo Padre ci fa ſapere nella Epiſtola ſeſſanteſima ottava, che il Veſcovo Spagnuolo Baſilide, il quale era ſtato depoſto dal Veſcovado, aveſſe fatto ricorſo a Papa Stefano, per eſſere reintegrato: ed egli ſteſſo riconobbe nel prenotato Papa la ſoprantendenza alle altre Chieſe, pregandolo in un altra Epiſtola, che aveſſe ſcritta una Lettera autorevoliſſima ai Veſcovi delle Gallie, perchè, privato Marciano del Veſcovado di Arles, aveſſero ſoſtituito un altro al governo di quella Chieſa.

San Girolamo (a) proteſtava a Papa Damaſo

---

deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit? S. Cyprian. lib. de Unitat. Eccleſ.

Dirigantur in Provinciam, & ad Plebem Arelate conſiſtentem, a te litteræ, quibus, abſtento Marciano, alius in locum ejus ſubſtituatur . . . . . Facere te oportet pleniſſimas litteras ad Coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos, ne ultra Marcianum pervicacem, & ſuperbum, & divinæ pietatis ac fraternæ ſalutis inimicum, Collegio noſtro inſultare patiantur, quod nondum videatur a nobis abſtentus, qui jampridem jactat ac prædicat, quod Novatiano ſtudens, & ejus pervicaciam ſequens, a communicatione ſe noſtra ſegregaverit . . . . . S. Cyprian. Epiſt. 67.

(a) Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior. Super illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt . . . . . Quicumque tecum non colligit, ſpargit. S. Hieron. Epiſt. 15., alias 57. an. 379.

Su-

Digitized by Google

maſo, di eſſere perſuaſo, che chiunque foſſe alienato dalla ſua Comunione, non foſſe nella Chieſa, e ne profanaſſe i Sacramenti. E ſcrivendo contra Gioviniano, fu d' avviſo, che intanto, nella uguale podeſtà conferita a tutti gli altri Apoſtoli da Gesucriſto, volle ſopra il ſolo San Pietro fondare la ſua Chieſa, in quantochè, datole un Capo, non ci aveſſero avuto luogo gli Sciſmi. Nella quale prerogativa eſſendogli ſucceduti i Veſcovi della Romana Chieſa, dove, concordevolmente con Tertulliano, con San Cipriano, e con Euſebio nelle teſtimonianze ſoprallegate, e con Ruffino nelle Invettive contra di lui, che vanno tra le ſue Opere, parlando di Santo Attanaſio, di Pietro ſuo Succeſſore, e di tutti i Sa-

---

Super Petrum fundatur Eccleſia: licet id ipſum, in alio loco, ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claves Regni Cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur; tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut Capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. S. Hieron. lib. 1. adverſ. Jovinian.

Primum Epiſcopum Antiochenæ Eccleſiæ Petrum fuiſſe accepimus, & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omiſit. S. Hieron. Comment. in Epiſt. ad Galat. cap. 2.

Petrus Romanæ Eccleſiæ per viginti & quatuor annos præfuit. Lib. 2. Invectivar. Ruffini in S. Hieron. Tom. 2. Oper. Hieron.

Quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerant. S. Hieron. Epiſt. 127. alias 16. ad Principiam, num. 5.

Digitized by Google

Sacerdoti di Aleſandria, ſcriſſe, che durante la perſecuzione degli Eretici Ariani, ſoffero ricorſi alla Chieſa prefata, come a Porto ſicuro della loro Cattolica comunione.

Papa Innocenzo I, (a) riſcrivendo ai Padri di un Concilio Cartagineſe, che gli avevano prima domandato conſiglio ſopra gli errori di Celeſtio, e di Pelagio, e poi gli mandarono la loro Sentenza contra i due prenotati Eretici, con la Conciliare ſpiegazione della Dottrina Cattolica ſopra la Grazia, perchè le aveſſe approvate e confermate con la ſua Apoſtolica

(a) In requirendo de his rebus, quas omni cum ſollicitudine decet a Sacerdotibus, maximeque a vero juſtoque & Catholico tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla ſervantes, & Eccleſiaſticæ memores diſciplinæ, noſtræ religionis vigorem, non minus nunc in conſulendo, quàm antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmaſtis, qui ad noſtrum referendum approbaſtis eſſe judicium, ſcientes quid Apoſtolicæ Sedi, cum omnes hoc loco poſiti ipſum ſequi deſideremus Apoſtolum, debeatur, a quo ipſe Epiſcopatus, & tota auctoritas nominis hujus emerſit. Quem ſequentes, tam mala damnare novimus, quam probare laudanda. Vel id vero, quod Patrum inſtituta Sacerdotali cuſtodientes officio, non cenſetis eſſe calcanda, quod illi, non humana, ſed divina decrevere ſententia; ut quidquid, quamvis in disjunctis remotiſque Provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, niſi ad hujus Sedis notitiam perveniret: ut tota, hujus auctoritate, juſta quæ fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque ſumerent ceteræ Eccleſiæ (velut de natali ſuo fonte atque cunctæ proce-

Digitized by Google

ca Autorità; gli lodò, perchè avevano, così facendo, seguiti gli esempj dell' antica Tradizione; e, ricordevoli della Ecclesiastica Disciplina, avevano renduto il dovuto onore all' Apostolica Sede, e, in essa, all' Apostolo, che la fondò: dal quale, aggiunse, che derivi così il Vescovado, come l' Autorità di così fatta Carica; e senza saputa de' cui Successori, sentenziò, che nulla si dovesse determinare, massime in materia di Fede. Che furono eziandio i sensi di quell' altra sua Epistola scritta ai Padri del Concilio Milevitano, che medesimissimamente consiglia-
rono

---

cederent, & per diversas totius mundi regiones puri latices capitis incorrupti manarent,) quid præciperent, quos abluerent, quos, velut cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret. Inter Epist. D. Aug. Epist. 181., alias 91. quæ est Innocent. 1. Patribus Carthag. Concil.

Inter ceteras Romanæ Ecclesiæ curas, & Apostolicæ Sedis occupationes, quibus diversorum consulta fideli ac modica disceptatione tractamus, Frater & Coepiscopus noster Julius dilectionis vestræ litteras, quas ex Milevitano Concilio, curâ fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam Synodi quærelæ parilis scripta subjungens . . . . . Diligenter ergo & congrue Apostolici consulitis honoris arcana (honoris, inquam illius, quem, præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum,) super anxiis rebus, quæ sit tenenda sententia, antiquæ scilicet regulæ formam sequuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam. Verum hæc missa facio, neque enim hoc vestram credo latere prudentiam.

Digitized by Google

notati Concilj tenuti contra Pelagio, e Celeſtio, proteſtò, che la intenzione de' Padri, che ci erano intervenuti, era ſtata di aſſicurarſi, ſe la loro dottrina foſſe conforme alla ſua. Non laſciando lo ſteſſo Santo Padre di darci una pruova dell' uſo delle Chieſe Africane di appellare alla Santa Sede, eziandio dai giudizj de' loro Veſcovi, in una lettera da lui ſcritta a Papa Celeſtino I; della quale, per brevità, ne ho appena traſcritta e allegata la rubrica dell' Argomento, contenente la ſua preghiera a quel Papa, che aveſſe confermata la ſua ſentenza contra il Veſcovo Fuſſalenſe.

Dalla Decretale di Papa Siricio, (a) che fu

---

largo fonti augendo refundimus; ſed in hac non tamen parva tentatione temporis, utrum etiam noſter, licet exiguus, ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, tuiſque reſcriptis, de communi participatione unius gratiæ, conſolari. Aug. Epiſt. 177. alias 95. ac Innocent. 1.

Aug. Epiſt. 209., alias 262. ad Cœleſtin. I. cujus argumenti rubrica eſt quæ ſequitur = Auguſtinus Cœleſtino Romano Pontifici, de ipſius electione pacifice facta (quæ ad finem Anni 422. referri poteſt,) gratulatur: tum exponit cauſam Antonii Epiſcopi Fuſſalenſis, qui adminiſtratione Eccleſiæ ſuæ ob ſcelera privatus, appellaverat ad Apoſtolicam Sedem: atque obteſtatur, ut latam in ipſum ſententiam vigere ſinat. Aug. Epiſt. cit.

(a) Directa ad deceſſorem noſtrum ſanctæ recordationis Damaſum fraternitatis tuæ relatio, me jam in

su una Epistola risponsiva ad Imerio Vescovo di Tarragona; il quale, riconoscendo la soprantendenza e il Magisterio della Romana Sede, aveva scritto al suo Predecessore Papa San Damaso, chiedendogli la soluzione di molte quistioni Ecclesiastiche, che, per essere premorto

in Sede ipsius constitutum, (quia sic Dominus ordinavit) invenit . . . . . Et quia necesse erat, nos in ejus laboribus curisque succedere, cui per gratiam Dei successimus in honore; facto, ut oportebat, primitus meæ provectionis indicio, ad singula, prout Dominus adspirare dignatus est, consultationi tuæ responsum congruum non negamus: quia pro officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur: quin imo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suæ protegit & tuetur hæredes . . . . . Explicuimus, ut arbitor, frater carissime, universa quæ digesta sunt in querelam: & ad singulas causas, de quibus, per filium nostrum Bassianum Presbyterum, ad Romanam Ecclesiam, utpote ad Caput tui Corporis, retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum, ad servandos Canones, & tenenda decretalia constituta, magis ac magis incitamus: ut hæc, quæ ad tua Consulta rescripsimus, in omnium Coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem: & non solum eorum, qui in tua sunt Diœcesi constituti, sed etiam ad Universos Carthaginenses, ac Bæticos, Lusitanos, atque Gallicanos, el eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde Provinciis, hæc, quæ a nobis sunt salubri ordinatione di-

Digitized by Google

San Damaſo all' arrivo della conſultoria lettera del prefato Veſcovo, dovette ſciogliere egli; ricaviamo un altra pruova, che ab antico i Romani Pontefici foſſero ſtati creduti Maeſtri e Direttori di tutte le altre Chieſe. E che tale foſſe ſtato perſuaſo di eſſere Papa Siricio, lo di-

---

diſpoſita, ſub litterarum tuarum proſecutione, mittantur. Et quamquam Statuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita, nulli Sacerdotum Domini ignorare ſit liberum; utilius tamen, atque pro antiquitate Sacerdotii tui, dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum, ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per unanimitatis tuæ ſollicitudinem, in univerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur . . . . . Epiſt. Syricii Papæ ad Himerium Epiſc. Tarracon. Ex Harduino Tom. 1. Concil. pag. 847. ſeqq.

Cogitantibus nobis metum divini judicii, fratres Cariſſimi, & poſt hanc vitam, unumquemque, prout geſſerit, recepturum; quid in querelam veniat, tacere non licuit: ſed nobis loqui neceſſitas imperavit, dicente Propheta: (Iſai. 58.) *Exalta ut tubæ vocem tuam*. Et cui omnium Eccleſiarum cura eſt, ſi diſſimulem, audiam, Domino dicente: (Matth. 13. Marc. 7.) *Rejicitis mandatum Dei, ut traditiones veſtras ſtatuatis*. Syricii Papæ Epiſt. ad Univerſ. Orthod. ex Harduino Tom. 1. Concil. pag. 855.

Cum in unum plurimi fratres conveniſſemus ad Sancti Apoſtoli Petri reliquias, per quem & Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium, placueritque, propter emergentes plurimas cauſas, quæ in aliquantis non erant Cauſæ, ſed crimina, ut de cetero ſolicitudo eſſet unicuique in Eccleſia curam hujusmodi habere, ſicut Apoſtolus prædicat Paulus:

Digitized by Google

dimostrano i sensi di moltissime altre sue Epistole Decretali, e massime di quelle due; l'una indiritta a tutti i Cattolici, e l'altra a tutti i Vescovi dell' Africa; ai quali, tra le altre cose, proibì le Ordinazioni, senza saputa dell' Apostolica Sede, e riformò i tanti abusi, che in quelle Chiese si erano introdotti.

E Papa Innocenzo I, (*a*) il quale dimostrò, che l'Autorità della sua Romana Sede fosse derivata da San Pietro, eziandio per lo titolo di fondazione di tutte le Chiese Occidentali, d' Italia, delle Gallie, delle Spagne, dell'

Paulus: (Ephes. 5.) Talem Deo Ecclesiam exhibendam, *non habentem maculam aut rugam* . . . . . Ut extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est, Primatis, nemo audeat ordinare . . . . . Syricii Pap. Epist. ad Episc. Africæ in præfat. & cap. 1. ex Hardovino tom. 1. Concil. pag. 857.

(a) . . . . . Quis nesciat, aut non advertat, *id quod* a Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, atque Siciliam, Insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt Sacerdotes? Aut legant, si in his Provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non du-

Digitized by Google

Africa, di Sicilia, e delle altre interpoſte Iſole, fatta per opera di Sacerdoti autorizzati a farla, o dal prefato Apoſtolo, o da' ſuoi Succeſſori al governo della Chieſa Romana; per non parlare delle principali Orientali, come della Geroſolimitana, ch' egli reſſe, primachè tra tutti gli Apoſtoli ſi foſſero diviſe le Regioni, per le quali doveva incamminarſi ciaſcuno per predicarci il Vangelo; dell' Antiochena, ch' egli governò prima di fondare la Romana; e dell'Aleſandrina, al cui governo egli prepoſe l' Evangeliſta San Marco: Papa Innocenzo I, ridico, fu riconoſciuto

---

dubium eſt. Innocent. 1. Epiſt. ad Decentium Epiſc. Eugubin. in princ. ſeu Capitulor. Innocent. 1. in Præfat. Ex Harduino Tom. 1. Concil. pag. 995.

. . . . . Quia Romanæ Eccleſiæ normam atque auctoritatem magnopere poſtulaſti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digeſtas vitæ & morum probabilium diſciplinas annexas litteris meis miſi; per quas advertant Eccleſiarum regionis veſtræ populi, quibus rebus, & regulis, Chriſtianorum vita in ſua cujuſque profeſſione debeat contineri, qualiſque ſervetur in Urbis Romæ Eccleſiis diſciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & Conſacerdotes noſtros, qui in illis regionibus propriis Eccleſiis præſident, regularem hunc Librum, quaſi didaſcalum atque monitorem, ſedulo inſinuare . . . . . Capitula Innocent. 1. ad Victricium Epiſc. Rotomagenſ. in Præfat. Ex Harduino Tom. 1. Concil. pag. 999.

Conſulenti tibi, frater Cariſſime, quid de propoſita ſpecie unaquaque ſentirem, pro captu intelligentiæ meæ, quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendam

sciuto da Vittricio Metropolitano di Roven, da Esuperio Metropolitano di Tolosa, e da altri Vescovi di tutte le Nazioni, qual Moderatore e Regolatore di tutte le Chiese sopra il modello della sua Romana; ed egli, richiesto, a tutte prescrisse le Regole della Cristiana, e della Ecclesiastica vita. Egli in una sua Epistola a tutti i Vescovi di Spagna, adunati in un Concilio Toletano, riprese apertamente quelle Chiese di moltissimi abusi in esse introdotti, e le instruì generalmente nella Ordinazione de' Cherici. Ed io già poco innanzi ho allegate le due sue Epistole ai Padri de' due Concilj Cartaginese, e Milevitano, nelle quali loda la subordinata condotta tenuta da loro con essolui, di non avere nulla definitivamente deciso contra Celestio e Pelagio, prima di aspettare il giudizio della sua Apostolica Sede: oltre alle qua-

dum vel docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum sequuta prudentium, ad Sedem Apostolicam referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet, priusquam usurpatione præsumpta, quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Epist. Innocent. 1. ad Exuper. Episc. Tolosan. in Præfatione. Ex Harduino Tom. 1. Concil. pag. 1003.

Mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta Majorum; omniaque quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque apicem Episcopatus referre; ut consulta videlicet Sedes Apostolica, ex ipsis rebus dubiis, certum ali-

li Epistole, ve ne ha nel primo Tomo de' Concilj di Arduino altre molte dello stesso Papa a diverse Chiese dell' Occidente e dell' Oriente, tutte dinotanti la soprantendenza generale della Sede Apostolica a tutte le Chiese, nella intelligenza, nella interpetrazione, e nella cognizione delle Scritture, de' Canoni, e della Tradizione Ecclesiastica; come ancora nella Revisione delle Ecclesiastiche Cause, nella protezione de' Vescovi oppressi, e nella correzione de' traviati.

A Papa Innocenzo I. succedette Zosimo, che scrisse ad Isichio Vescovo di Salona nella Dalmazia, regolando le Ordinazioni de' Chierici, secondo i Canoni, in una sua Epistola, che si ha nel sopraccitato Tomo I. de' Concilj di Arduino a facce 1233; oltre ad altre sopra le pretese prerogative della Chiesa di Arles, allegate

---

aliquid faciendum pronunciet. Epist. Innocent. 1. ad Felicem Nucerianum Episc. ex Harduino tom. 1. Concil. pag. 1005.

Sæpe me & nimium cum teneret cura sollicitum super dissensionis schismate Ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere fama proloquitur; necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus, quas pravæ consuetudinis vitio Hispanienses Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid, secundum Majorum traditionem, statuendum; nisi perpenderemus, ne perturbationes quamplurimas Ecclesiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus,

Digitized by Google

gate dal Cardinale Baronio agli Anni 417, e 418. E a Papa Zosimo fu sostituito Bonifacio, che ricevette le accuse di Massimo Vescovo di Valenza, e ne commise la cognizione ai Vescovi di Francia, con una sua Epistola, che si ha nello stesso Tomo I. de' Concilj di Arduino a facce 1238. E in un altra Epistola, scrivendo ad Ilario Vescovo di Narbona, proibì che alcuno fosse ordinato Vescovo, non curato il proprio Metropolitano: la quale Epistola si ha a facce 1240. del prenotato primo Tomo de' Concilj.

Ora nel sesto Concilio Cartaginese (a), tenuto con l'intervento di Faustino Vescovo di Potenza Legato dell' Apostolica Sede sotto il Pontificato de' due ultimi prenotati Papi Zosimo, e Bonifacio, da dugento e diciasette Vescovi, fu sostenuta la superiorità della Chiesa Ro-

---

dimus, ut propter numerum corrigendorum, ea, quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus judicio. Epist. Innocent. 1. ad Synod. Toletan. Ex Harduino tom. 1. Concil. pag. 1020.

(a) Supereſt, ut tam exemplaria Nicæni Concilii, ... in medium proferantur. Ab universo Concilio dictum est, Proferantur. *Daniel Notarius recitavit . . . . . Et cum legisset, Faustinus Episcopus plebis* Potentinæ Provinciæ Italiæ, Piceni, Legatus Romanæ Ecclesiæ dixit: Injucta a nobis sunt a Sede Apostolica aliqua per Scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus. Hoc est,

Romana nella libertà di appellare dai giudizj de' Metropolitani, e degli altri Vescovi, alla sua Apostolica Sede: e fu sostenuta dal Pontificio Legato soprannotato con una decisione del Concilio Sardicense, nel Canone, che ne allegò come del Concilio Niceno, per essere stato nel Concilio Sardicense autorizzato da Osio, che nel Niceno aveva presieduto per Papa Silvestro I. La quale libertà, quantunque fosse stata antichissima, e usata sempre nella Chiesa, eziandio prima del Concilio Niceno; come chiaro consta dalle tante testimonianze soprallegate, di Fortunato e Feliciſſimo, che deposti da San Cipriano Vescovo di Cartagine, appellarono a Papa Cornelio, per confessione dello stesso San Cipriano nella sua Epistola cinquantesima quinta; di Basilide Vescovo di Spagna, che ugualmente deposto, appellò a Papa Stefano, secondo

---

est, de Nicænis Canonibus, ut conserventur, & Constitutio eorum, & consuetudo: quia aliqua ordine, aut Canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestræ, tractemus; (& postea cetera, quæ acta, vel inchoata sunt, inserta firmabuntur) ut ad Sedem Apostolicam rescriptis vestris intimare possitis; atque nos vos admonuisse apud venerabilem Papam evidenter pateat, licet & Capitula actionum jam inserta sint gestis. De ipsis ergo, ut dictum est superius, quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo Commonitorium in medium, ut scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

Aure-

do la relazione, che anche San Cipriano ne fa nell' Epistola sessantesima ottava; ed eziandio dell' Eretico Marcione, del quale riferisce Sant' Epifanio nell' Eresia quarantesima seconda, che scomunicato dal Vescovo di Ponto, avesse appellato, e fosse stato udito da Papa San Pio I: quantunque, circa quindici Anni dopo il Concilio Niceno, fosse stata usata da Santo Attasio Patriarca di Alessandria, che, come tale, doveva sapere le Regole Ecclesiastiche, quando degradato dal Sinodo Tirio, fu reintegrato da Papa Giulio, al quale aveva appellato: quantunque fosse stata autorizzata dal Concilio Sardicense tenuto sei Anni dopo la prenotata reintegrazione di Santo Attanasio ne' Canoni prodotti dal Pontificio Legato Faustino in questo sesto Concilio Cartaginese, come Canoni del Concilio Niceno: e quantunque

---

Aurelius Episcopus dixit: Proferatur Commonitorium, quod fratres & Consacerdotes nostri in actis nuper allegaverunt; & cetera quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt, subsequantur. *Daniel Notarius recitavit Commonitorium*: Fratri Faustino, & filiis Philippo & Asello Presbyteris, Zosimus Episcopus: Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, immo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite; maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, verba Canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic Commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt dilectissimi Fratres in Concilio Nicæno; cum de Episcoporum appellatione decernerent: (Concil. Sardic. Can. 5.)

Pla-

que, dopo il Niceno, dopo il Sardicenſe, e dopo il Coſtantinopolitano primo, che decretò il ſecondo grado di Onore dopo il Romano Pontefice in favore del Veſcovo di Coſtantinopoli, foſſe ſtata uſata da San Giancriſoſtomo, che, come noterò poco ſtante, anch' egli appellò a Papa Innocenzo I. dalla ingiuſta ed irregolare ſentenza di Teofilo Patriarca di Aleſſandria, che lo depoſe in un Sinodo di Veſcovi guadagnati: pure è da ſtupire, che foſſe giunta nuova a niente meno che dugento e diciaſſette Veſcovi adunati in quel Concilio. E lo ſtupore naſce, non tanto dalla ignoranza, in cui moſtrarono di eſſere delle Regole Eccleſiaſtiche, ſecondo le quali ci laſciò ſcritto Teodoreto nel Capitolo quarto del ſecondo Libro della ſua Storia, che Papa Giulio I. aveſſe giudicata la Cauſa di Santo Attanaſio, deferendo alla ſua appellazione,

Placuit autem, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellaſſe Epiſcopus videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit, ut renovetur examen; ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut è latere ſuo Presbyterum mittat; erit in poteſtate Epiſcopi Romani, quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, a quo deſti-

nati;

lazione, che non fu contraddetta dai Veſcovi Ariani, che lo avevano condannato, ma piuttoſto ci avevano conſentito, mandandogli le loro Accuſe: *Euſebiani Julio Epiſcopo, qui tunc temporis Romanam Eccleſiam adminiſtrabat, compoſitas adverſus Athanaſium Calumnias, perſcripſerant. Is vero*, Eccleſiaſticam legem *ſequutus, & ipſos Romam venire juſſit, & Athanaſium ad dicendum cauſam evocavit. Et Athanaſius quidem citationi obtemperans, ſtatim iter arripuit. Ii vero, qui fabulam compoſuerant, Romam venire noluerunt, eo quod mendacium facile deprehenſum iri cernerent*; e le quali regole non dovevano eſſere allora i Canoni del Concilio Sardicenſe, che non ſi era per ancora tenuto, e il quale, per confeſſione di Santo Agoſtino nel Capitolo trenteſimo quarto del terzo Libro contra Creſconio, era ignoto nell' Africa quando ſi ci tenne queſto ſeſto Concilio Car-

---

nati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit, ſufficere Epiſcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo Conſilio ſuo judicaverit.

Et cum recitaret, Alipius Epiſcopus Tagaſtenſis Legatus Provinciæ Numidiæ, dixit: De hoc jam ſuperioribus etiam litteris Concilii noſtri reſcripſimus, & id nos ſervaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Adhuc tamen me movet, quoniam cum inſpiceremus Græca exemplaria hujus Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio qua ratione, minime invenimus. Unde petimus venerationem tuam, Sancte Papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicænum in urbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ, Sanctitatis mittere di-

Digitized by Google

Cartagineſe, nel quale anch' egli intervenne; ma dovevano eſſere di altro Concilio generale, che dovette eſſere il Niceno, che ſolo avevalo preceduto: quanto naſce così fatto ſtupore dalla ignoranza, che potè eſſere affettata, così degli ſcritti di San Cipriano già Veſcovo di quella Città primaria di tutta l' Africa, che teſtimoniò in più d' una delle ſue ſopraccitate Epiſtole l' uſo di queſta libertà Canonica di appellare alla Romana Sede dal giudizio de' Sinodi, e de' Veſcovi; come delle romoreggianti appellazioni a Papa Giulio, e a Papa Innocenzo, de' due prenominati Patriarchi di Aleſandria, e di Coſtantinopoli, Santo Attanaſio, e San Giovanni Criſoſtomo.

Io, il quale ſo, che, dopo la diſgregazione del ſeſto Concilio Cartagineſe, nel quale i Padri decretarono la ricerca de' Canoni Niceni

---

digneris: & non ſolum ad ipſum ſanctum Fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles Sacerdotes, qui hoc nobis Concilium cum ſtipulatione litterarum ſuarum dirigant, ut omnis poſtmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, ut Frater Fauſtinus attulit, minime invenimus. Iſta nos tamen tantiſper ſervaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem litteris noſtris & venerabilis Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Boniſacius, ut ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilii, ſecundum ejus poſſint ſcripta proferre. Nunc autem memorati Concilii

Digitized by Google

ni, e che intanto si fossero osservati quelli, che come tali sosteneva il Pontificio Legato, Santo Agostino, che ci era intervenuto, deferì all'Appellazione fatta dalla sua Sentenza al giudizio di Papa Celestino I; come consta dalla sua sopraccitata Epistola dugentesima nona della Edizione de' Padri di Santo Mauro al prenotato Papa, nella quale lo pregò, che l'avesse confermata: e che so parimente, che i prefati Canoni furono di fatto mandati ai Vescovi Africani dai due Patriarchi Cirillo Alessandrino, e Attico Costantinopolitano, dai quali gli avevano chiesti; e che tra essi non vi erano quelli delle Appellazioni al Papa così de' Vescovi, come del Clero inferiore, che furono fatti nel Concilio Sardicense: io, dico, non voglio esaminare, ciocchè non hanno potuto finora chiarire i più dotti Critici, se più di venti stati fosse-

---

lii Nicæni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

Faustinus Episcopus, *Legatus Ecclesiæ Romanæ*, *dixit:* Nec vestra Sanctitas præjudicat Ecclesiæ Romanæ, sive de hoc Capitulo, sive de aliis, quia dicere dignatus est frater noster & Coepiscopus Alipius, dubios esse Canones. Sed hæc ipsa ad sanctum & beatissimum Papam nostrum scribere dignemini; ut & ipse integros Canones inquirens, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem ut ipse beatissimus Episcopus urbis Romæ, sicuti vestra Sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat, ne contentio inter Ecclesias nasci videatur: sed magis caritate fraterna deliberare possitis,

fossero i Canoni di quel primo Concilio generale. Io ho accennata la relazione di Teodoreto, che Papa Giulio I, ammettendo l' Appellazione di Santo Attanasio, aveva seguito una Legge Ecclesiastica; la quale, non potendo essere del Concilio Sardicense, che fu tenuto sei Anni dopo, doveva essere di un altro generale Concilio precedente, nè altro se n' era tenuto fuorchè il Niceno. Santo Ambrogio, nella sua Epistola alla Chiesa di Vercelli, scrisse, che nel Concilio Niceno fosse stato proibito ai Bigami il Chericato: e questo Canone non si ha trai venti, che corrono di quel Concilio. San Girolamo, nella sua Prefazione al Libro di *Giuditta*, testifica, che questo Libro fosse stato annoverato trai Sacri dallo stesso Concilio Niceno, e ne' prefati venti Canoni non se ne fa menzione. Il Concilio Antiocheno tenuto l' Anno 341, quando non erano scorsi che sedici Anni dal Con-

---

tis, ipso rescribente, quid melius observari debeat. *Aurelius Episcopus dixit:* Præter ista, quæ promisimus actis, necesse est, ut etiam nostræ parvitatis litteris, Sancto fratri & Consacerdoti nostro Bonifacio, singula quæ tractamus, plenissime intimemus: Ergo, si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. *Universum Concilium dixit*: Placet.

Novatus Episcopus, Legatus Mauritaniæ Sitiphensis, dixit: Nunc meminimus, hoc Commonitorium etiam de Presbyteris vel Diaconibus continere, qualiter ab Episcopis suis, vel a finitimis audiri debeant: quod in Nicæno Concilio minime legimus: unde hoc ipsum jubeat Sanctitas vestra nobis recitari.

Aure-

Digitized by Google

Concilio Niceno, fece un Canone, ch' è il primo, col quale ne ricordava un altro di quel primo Concilio generale, ordinante, che la Pasqua si dovesse celebrare la Domenica seguente il quartodecimo giorno della Luna di Marzo, e ne inculcò l' osservanza sotto la pena della Scomunica ai laici, e della privazione dell' Onore e del ministerio Ecclesiastico e Sacerdotale ai Cherici; il quale Canone nè meno si ha trai venti inseriti negli Atti del prenotato sesto Concilio Africano. E altri Padri, allegati da Cabassuzio nella sua Notizia Ecclesiastica, dove ragiona dello stesso Concilio Niceno, ne accennano altri Canoni, che nè anche si hanno ne' venti vulgati. Dimanierachè tante autorevoli testimonianze di Canoni Niceni suppressi, sono una pruova della realtà, così degli Ottanta, come degli Ottantaquattro Canoni Arabici, che si leggono nel primo Tomo de' Con-

Aurelius Episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam quod deposcitur. *Daniel Notarius recitavit*: De appellationibus autem Clericorum, id est, minoris loci, est ipsius Synodi certa responsio. De qua re, quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est. Ex Sardicensi Concilio (Can. 17.) *Osius Episcopus dixit*: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si Episcopus forte iracundus, (quod esse non debet) cito aut aspere commoveatur adversus Presbyterum sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellet

cilj di Arduino; e una pruova aggiunta a quell' altra convincentiſſima, che, della realtà degli Ottantaquattro della ſua Verſione, diede Abramo Ecchellenſe di Nazione Siro, e di Religione Maronita, dicendo: Che conſervandoſi da tutte le Chieſe Orientali, da gran tempo in quà, parte Eretiche, parte Sciſmatiche, e tutte nimiche della Chieſa Romana, debbano ſtimarſi perciò legittimi; non potendoſi credere, che tanti Eretici Melchiti, Cophti, Neſtoriani, Eutichiani, Giacobiti, Monoteliti, e tanti altri Sciſmatici, aveſſero potuto coſpirare a mentire, e a conſervare, come del Niceno Concilio, tanti Canoni, ſopra i quali maggiormente ſi fonda quell'Autorità del Pontefice Romano, ch'eſſi odiano ſoprammodo. Trai quali Canoni Arabici, degli Ottanta, ve ne ha quattro, che ſono il quaranteſimo terzo, il quaranteſimo quarto, il quaranteſimo

---

pellet Epiſcopos, ut Cauſam ſuam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte eum ejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, aut probetur ejus, aut emendetur ſententia....

Cumque recitaretur, Auguſtinus Eccleſiæ Hipponis Regienſis, Legatus Provinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos ſervaturos profitemur, ſalva diligentiore inquiſitione Concilii Nicæni. *Aurelius Epiſcopus dixit:* Si hoc etiam omnium veſtræ caritati placet, reſponſione firmate. *Univerſum Concilium dixit:* Omnia, quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, nobis omnibus placent.... Concil. Carthag. VI. Ann. 419. Cap. I.

Digitized by Google

mo quinto, e il quarantesimo settimo, ne' quali si ordina: che i Patriarchi puniscano i delitti impuniti dai Vescovi; che niun Arcivescovo possa giudicare un Vescovo, senza l' intervento del Patriarcha; che niun Arcivescovo possa accusare, riprendere, o giudicare un Patriarca, se non se con un altro Patriarca, che esamini la sua Causa; e che un Patriarca possa assolvere tutti coloro, ai quali soprantende come un Padre di famiglia: oltre al trentesimo nono, (a) nel quale, regolandosi la giurisdizione de' Patriarchi, si dà al Romano la Superiorità a tutti

Cap. I. seqq. Ex Harduino tom. I. Concil. pag. 1241. seqq.

(a) Consideret Patriarcha ea, quæ Archiepiscopi & Episcopi in Provinciis suis faciunt; & si quid reperiat secus quàm oporteat factum, mutet & disponat prout sibi videatur. Siquidem ipse est Pater omnium, & illi filii ejus. Et quamvis Archiepiscopus inter Episcopos frater major, qui curam habet fratrum suorum, & ei debeant obedientiam, quia præest; & tamen Patriarcha iis omnibus, qui sub potestate ejus sunt, sicut ille, qui tenet Sedem Romæ, Caput est & Princeps omnium Patriarcharum: quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes populos eorum; ut qui sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos Populos & universam Ecclesiam Christianam: & quicumque contradixerit, a Synodo excommunicatur. Concil. Nicæni Canon' 39. ex 80, Canon. Arabic. Ex Harduino tom. I. Concil. pag. 469.

Digitized by Google

ti gli altri. E degli Ottantaquattro tradotti da Abramo Ecchellenſe, (a) il trenteſimo ſettimo, diviſe le Provincie Criſtiane in quattro Patriarcati, diede al Romano la Superiorità agli altri tre: la quale ſuperiorità più chiaramente fu data nel Canone quaranteſimo quarto; nel quale, ordinandoſi, che i Patriarchi ſoprantendeſſero ciaſcuno agli Arciveſcovi, e ai Veſcovi del Proprio Patriarcato, ſi definì, che il Romano doveſſe ſoprantendere ai Patriarchi. E, dopo i ſeguenti Statuti fatti ne' Canoni quaranteſimo ottavo, quaranteſimo nono, e cinquanteſimo: Che ciaſcun Patriarca poteſſe punire i delitti non puniti dai Veſcovi, e dagli Arciveſcovi: che niuno Metropolitano, nè anche in compagnia de' Veſcovi ſuoi ſuffraganei, poteſſe giudicare, o punire un Veſcovo, ſenza cognizione del Patriarca: e che nè anche un Patriarca poteſſe giudicare

(a) Et ſint Patriarchæ in univerſo mundo quatuor tantum .... Et ſit Princeps ac Præpoſitus ipſis Dominus Sedis Divi Petri Romæ, ſicut præceperunt Apoſtoli. Concil. Nicæni Can. 37. ex 84. Canon Arab. Verſion. Abraham. Ecchell. Ex Harduino tom. I. Concil. pag. 477. ſeqq.

.... Et quemadmodum Patriarcha poteſtatem habet ſuper ſubditos ſuos; ita quoque poteſtatem habet Romanus Pontifex ſuper univerſos Patriarchas, quemadmodum habebat Petrus ſuper univerſos Chriſtianitatis Principes, & Concilia ipſorum. Can. 44. ex ſupracit. 84. Arabic. Verſionis Abraham. Ecchell. Ex Harduino loco cit.

Si quis Epiſcopum delatus fuerit aliqua in re, pro-

dicare delle Accuſe date ad un Metropolitano da un altro Metropolitano, ſenza l' intervento di un altro Patriarca; quanto al Patriarca Romano, fu, nel Canone ſettanteſimo primo, dichiarato eſente dalle prefate Regole; come a tutti Superiore, e avente l' Autorità di riceverе tutte le appellazioni.

Ma che che voglia ſentirſi de' Canoni Arabici del Concilio Niceno, che poterono eſſere ignoti ai Padri del ſeſto Concilio Cartagineſe; ſiccome, per teſtimonianza di Santo Agoſtino, che fu uno de' Veſcovi, che c' intervennero, fu loro eziandio ignoto il Concilio Sardicenſe, che nel Capitolo trenteſimo quarto del terzo Libro contra Creſconio Donatiſta, confuſe il Santo Padre prefato con quello, che tennero in Filippopoli i ſettantaſei Veſcovi Ariani, ſegregatiſi dai trecento Veſcovi Occidentali, adunati

propterea convenientes Epiſcopi illius Sedis, & exolverint illum ſuo Ordine, & miniſterio interdixerint, volueritque ille appellare, & querimoniam deferre ad beatiſſimum Epiſcopum Eccleſiæ Romanæ, nempe Papam, placueritque ei audire querimoniam, atque juſtum ipſi viſum fuerit iterum perſcrutari negotium ejus, & rogaverit illum delatus, ut pro ſe ſcribat ad univerſam illius Provinciam, & ad Epiſcopos contiguarum Provinciarum, ut perdiligenter inquirant de ſuo negotio, & perveſtigantes judicium de illo ferant juxta juſtitiæ æquitatem. Si vero rogaverit ille Epiſcopum Romæ, & commoverit eum, ut mittat a ſuo latere duos Presbyteros Eccleſiaſticarum Cauſarum peritos, & exquirant ac inveſtigent au-

Digitized by Google

in Sardica ſotto gl' Imperadori Coſtante e Coſtanzo, e lo tenne perciò come un Conciliabolo de' prenotati Ariani, i cui ſoli eſemplari, non già quelli del Sardiceſe, che ſi tenne effettivamente dai trecento Veſcovi Occidentali Cattolici, dovettero correre in Africa, mandatici dagli Ariani collegatiſi con i Donatiſti; da che, ſe loro foſſe ſtato noto il Concilio Sardicenſe, non avrebbero ſcritto a Papa Celeſtino in quella loro Epiſtola Sinodale, che ſi ha a facce 947. del primo Tomo de' Concilj di Arduino, di non avere veruna deciſione Conciliare ſopra le Appellazioni alla Santa Sede: *Ut aliqui, tanquam a tuæ Sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo conſtitutum*; quando quel Concilio le autorizzò effettivamente con i due Canoni, (a) che quì ne allego; e quel Concilio fu dagli Occidentali tenuto ſempre per Concilio

---

auctoritate ſeu poteſtate illius, quid agendum ſit de illius cauſa, & ſub Anathemate obſtringat legatos quos mittet, ut judicent cum Epiſcopis, at principatum habeant Legati. Et profecto obediendum in hoc eſt, ſtatimque acquieſcendum in cauſa illius Epiſcopi, atque judicio de ipſo lato, qua conſentaneum rectumque viſum fuerit Epiſcopo Romano Papæ. Can. 71. ex cit, 84. Canon. Arab. Abraham. Echell. pag. 491. Concil. Harduin.

(a) Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc placuit, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, omnes judicaverint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum dejecerint: ſi appellaverit qui dejectus videtur, & confugerit ad beatiſſimum Romanæ Eccleſiæ Epiſco-

cilio generale; o almeno come una parte, o continuazione del Niceno, per efferci convenuti in gran numero gli ſteſſi Veſcovi, che convennero in queſto, come conſta dalle loro ſottoſcrizioni, per averci preſeduto lo ſteſſo Pontificio Legato Oſio, e per efferciſi trattata la ſteſſa cauſa

ſcopum, & voluerit ſe audiri: ſi juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur Romanus Epiſcopus, qui in finitima & propinqua altera Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut de latere ſuo Presbyteros mittat; erit in poteſtate ipſius, quid velit, & quid exiſtimet. Si decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, ut habeant etiam auctoritatem perſonæ illius, a quo deſtinati ſunt, erit in ejus arbitrio. Si vero crediderit, ſufficere Epiſcopos Comprovinciales, ut negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo Conſilio ſuo judicaverit .... *Oſius Epiſcopus dixit*: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis forte iracundus, (quod eſſe non debet,) cito, aut aſpere commoveatur adverſus Presbyterum, aut Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit; providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat poteſtatem qui dejectus eſt, ut finitimos Epiſcopos interpellet, & cauſa ejus audiatur, & diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte eum dejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur: ut vel probetur ſententia ejus a pluribus, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia di-

li-

di fede; la cui definizione, con gli Atti Conciliari, furono mandati a Papa Giulio I, con quella lettera Sinodale, (a) nella quale gli dichiararono, che come a Capo della Chiesa, conoscevano i Padri intervenutici, essere giusto, che i Sacerdoti di tutte le Provincie riferissero lo stato delle Chiese loro: Che che sia di tutto ciò, torno a dire, non doveva ai Padri Cartaginesi essere ignota la pratica di appellare da tutte le Chiese, così Occidentali, come Orientali, alla Chiesa Romana; e prima del Concilio Niceno, quando le persecuzioni, a più riprese fatte ai Cristiani, non avevano consentito ai Sacerdoti, che avessero potuto regolare la forma

ligenter & fideliter fuerint examinata, eum qui fuerat a communione separatus, ante cognitionem, nullus alius debet præsumere ut recipiat, & communioni societ. Qui autem convenerint ad audiendum, si clericorum esse fastigium viderint atque superbiam, quia non decet ut Episcopus aut injuriam, aut contumeliam patiatur, austerioribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti Episcopo: quia sicut ille sincerum amorem debet Clericis exhibere caritatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia. Concil. Sardicens. Can. 7. & 17. Ex Harduino tom. 1. Concil. pag. 641. & 649.

(a) Hoc optimum & valde congruentissimum esse videbitur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Provinciis, referant Sacerdotes. Epist. Synod. Concil. Sardicens. Ex Harduino tom. 1. Concil. pag. 653.

Digitized by Google

ma del governo Ecclesiastico; e dopo i due Concilj Niceno, e Sardicense, tenutisi, pacificata che fu la Chiesa per la Conversione dell'Imperadore Costantino Magno: dopo il primo de' quali Santo Attanasio appellò a Papa Giulio I, e fu assoluto dalla Sentenza iniqua del Concilio Tirio in un Sinodo tenuto in Roma l'Anno 342, la cui lettera assolutoria Sinodale, scritta agli Antiocheni, si ha nel primo Tomo de' Concilj di Arduino a facce 610: e dopo il secondo, tenuto sei Anni dopo l'Appellazione, e cinque dopo l'Assoluzione di Santo Attanasio, che fu il Sardicense dell'Anno 347, San Giancrisostomo, (a) ch'era un altro Patriarca, ap-

(a) ..... Quia non satis est plangere, sed opus etiam ut cura geratur; & spectetur qua ratione, & quo consilio gravissima illa Ecclesiæ tempestas sedetur: necessarium esse duximus, ut persuadeatur Demetrio, Pansophio, Pappo, & Eugenio, Dominis meis maxime venerabilibus, piisque Episcopis, relictis Ecclesiis propriis, pelago se tanto committere, susceptaque loginqua peregrinatione hac, ad vestram properare Caritatem, de omnibus vos manifeste docentes, quo quantocius rebus succurratur... Quamobrem, ne confusio hæc omnem quæ sub cælo est nationem invadat, obsecro ut scribas, quod hæc tam inique facta, & ab una solum parte, absentibus nobis, & non declinantibus judicium, non habeant robur, sicut neque sua natura habent: illi autem, qui adeo inique egisse deprehensi sunt, pœnæ Ecclesiasticarum legum subjaceant: nobis vero, qui nec convicti, nec redarguti, nec habiti ut rei sumus, litteris

appellò a Papa Innocenzo I. dalla sua irregolare depoſizione e degradazione, promoſſa da Teofilo Aleſandrino; pregandolo, che l' aveſſe annullata, e che aveſſe dichiarati incorſi nelle pene Canoniche tutti coloro, che contra le diſpoſizioni de' Canoni lo avevano condannato innocente. Ricevuta la quale Appellazione, Papa Innocenzo I. (a) aſſicurò il Clero Coſtantinopolitano in una ſua Epiſtola, di avere diſapprovata la rea condotta di Teofilo, come contraria ai veri Canoni del Concilio Niceno, e conformiſſima ai falſati dagli Eretici, che furono con-

teris veſtris, & caritate veſtra, aliorumque omnium, quorum ſcilicet & antea ſocietate fruebamur, frui concedite. Si autem adverſarii noſtri, qui ita inique egerunt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quæ nos injuſte ejecerunt, non datis nobis actis neque libellis, neque manifeſtatis accuſatoribus; ſi dentur Judices incorrupti, agemus & tuebimur etiam nos libenter cauſam, monſtrabimuſque, nos non eſſe reos eorum, quæ nobis objiciunt, ſicut & plane innoxii ſumus: & contra, quæ ab ipſis facta contra omnem ſunt ordinem, contra omnes leges, contra omnes Eccleſiaſticos Canones.... Hæc igitur omnia cum ita ſe habere intellexeritis a Dominis meis piiſſimis fratribus noſtris Epiſcopis, obſecro ut præſtetis id, quod petent officii. S. Joan. Cryſoſt. Epiſt. I. ad Innocent. I. Romæ Epiſc. Tom. 3. Oper. pag. 515.

(a) Quantum ad Canonum obſervantiam attinet, ſolis illis parendum dicimus, qui Nicææ definiti ſunt: quos ſolos ſectari & agnoſcere debet Catholica Eccleſia. Quod ſi a quibusdam alii proferantur, qui a Nicænis Canonibus differant, & ab hæreticis compoſiti

condannati da' Padri del Concilio Sardicenſe ; e gli fece ſperare, che avrebbe procurato di convocare un Concilio generale, a fine di comporre le turbolenze di quella Chieſa.

E la ſteſsa perſuaſione della ſopraintendenza generale della Romana Sede, ch' ebbero i Veſcovi Orientali, continuarono ad avere quelli dell' Occidente, dopo il Pontificato de' tre ſopranotati Papi Innocenzo I, Zoſimo, e Bonifacio I, come chiaro conſta dalle Decretali Epiſtole di Papa Celeſtino I. Succeſſore immediato di Bonifacio, e maſſime dalle due ſcritte ai

poſiti eſſe arguantur, hi a Catholicis Epiſcopis rejiciendi ſunt. Nam quæ ab hæreticis ſunt excogitata, Catholicis Canonibus conjungere non licet: ſemper enim per contraria & illicita Nicænorum Patrum conſilium labefactare ſtudent. Non ſolum ergo dicimus his non hærendum eſſe Canonibus, verum etiam cum hæreticis & Schiſmaticis dogmatibus condemnandos illos eſſe: quemadmodum & ante in Sardicenſi Synodo, ab Epiſcopis qui ante nos fuerunt, factum eſt..... Sed quid adverſus iſta in præſenti faciemus? Neceſſaria erit Synodi cognitio, quam jampridem congregandam eſſe diximus: ea quippe ſola eſt, quæ tempeſtates hujuſmodi ſedare poſſit. Quam ut obtineamus, è re fuerit, ut horum malorum remedium ex nutu magni Dei, & Chriſti ejus expectemus. Omnia ſiquidem, quæ nunc per invidiam diaboli, ad fidelium probationem commota ſunt, pacabuntur, firmi ac ſtabiles in fide nihil a Domino non ſperare debemus. Nos enim multum deliberamus quomodo Œcumenica Synodus celebranda ſit, ut per voluntatem Dei turbulenti motus ſedentur.

ai Vescovi delle Gallie, e ai Vescovi di Puglia, e di Calabria. Nella prima (a) delle quali, volendo riformare molti abusi introdotti nelle Provincie delle Regioni, ai cui Vescovi scriveva, concernenti la mutazione del vestire del Clero, l' amministrazione della Penitenza, e le Ordinazioni de' Vescovi, protestò, che così fatta ispezione era propria della sua Apostolica Sede, cui fu data da Dio la generale soprantendenza al buon governo della Chiesa universale: ed è da notare nel fine di questa Epistola, che eziandio le Cause de' Vescovi delinquenti, erano dalla Sede Apostolica delegate ai Vescovi delle Provincie; se a quelli delle due Provincie di Vienna, e di Narbona delegò la Causa di un Vescovo di Marsiglia. E nella seconda delle due soprannotate Epistole, dopo avere ripresa l' ignoranza de' Canoni ne' Sacerdoti, e proibita l' Or-

---

dentur. Inter Opera S. Joan. Chrysost. tom. 3. Epist. Innocent. I. pag. 523.

ad omne ſupplicium habitus orantis Chriſtiani. Hoc agite, boni Præſides, extorquete animam Deo ſupplicantem pro Imperatore. Adulati nunc ſumus Imperatori, & mentiti vota quæ diximus, ad evadendam ſcilicet vim. Plane proficit iſta fallacia. Admittis nos enim probare quodcumque defendimus. Qui ergo putaveris nihil nos de ſalute Cæſarum curare, inſpice Dei voces, litteras noſtras, quas neque ipſi ſupprimimus, & plerique caſus ad extraneos tranſferunt. Scitote ex illis præceptum eſſe nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare, & perſecutoribus noſtris bona precari. Qui magis inimici & perſecutores Chriſtianorum, quàm de quorum Majeſtate convenimur in crimen? Sed etiam nominatim atque manifeſte: *Orate*, inquit, (1. Tim. 2. 1. 2.) *pro regibus, & pro principibus, & poteſtatibus, ut omnia tranquilla ſint vobis.* Cum enim concutitur Imperium, concuſſis etiam ceteris membris ejus, utique & nos, licet extranei a turbis, in aliquo loco caſus invenimur. Eſt & alia major neceſſitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni ſtatu Imperii, rebuſque Romanis, qui vim maxi-

do in ciò fare i dettami Evangelici, ed Apostolici, che ci precettano di pregare Dio, anche per interesse nostro, che gli feliciti in tutte le prenotate cose. Gli amiamo come Padri, ch'è il titolo di umanità, del quale maggiormente si pregiano: e gli ameremmo, e rispetteremmo, eziandio che non ci

---

ximam universo Orbi imminentem, ipsamque clausulam sæculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperii commeatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati favemus. Sed & juramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis.... Sed quid ego amplius de religione atque pietate Christiana in *Imperatorem*, quem necesse est suspiciamus, ut eum, *quem* Dominus noster elegit? Et merito dixerim, Noster est magis Cæsar, a nostro Deo constitutus. Itaque & in eo plus ego illi operor in salutem, quod non solum ab eo postulo eam, qui potest præstare; aut quod talis postulo, qui merear impetrare: sed etiam, quod temperans Majestatem Cæsaris infra Deum, magis illum commendo Deo, cui soli subjicio. Subjicio autem cui non adæquo. Non enim Deum Imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se Deum volet dici. Si homo sit, interest homini Deo cedere. Satis habet appellari Imperator. Grande & hoc nomen est, quod a Deo traditur. Negat illum Imperatorem, qui Deum dicit. Nisi homo sit, non est Imperator. Hominem se esse, etiam triumphans in illo sublimissimo curru, admonetur. Suggeritur enim ei a tergo, Respice post te, Hominem te memento. Et utique hoc magis gaudet, tanta se gloria coruscare; ut illi admonitio conditionis suæ sit necessaria. Minor

ci trattassero da figliuoli; serbando la Evangelica disciplina della pazienza e della rassegnazione di volontà a quella di Dio, che gli ci ha soprapposti per nostro bene; e imitando la virtù de' primi Cristiani, soprallodata dallo stesso Tertulliano, (a) in un altra Apologia, che fece della innocenza della

nor erat, si tunc Deus diceretur, quia non vere diceretur. Major est, qui revocatur ne se Deum existimet. Augustus, Imperii formator, nè Dominum quidem dici se volebat. Et hoc enim Dei est cognomen. Dicam plane Imperatorem Dominum: sed quando non cogor, ut Dominum, Dei vice, dicam. Ceterum liber sum illi. Dominus enim meus unus est, Deus omnipotens & æternus, idem, qui & ipsius. Qui pater patriæ est, quomodo Dominus est? Sed & gratius nomen est pietatis, quàm potestatis. Etiam familiæ magis patres, quàm Domini vocantur. Tanto, abest ut Imperator Deus debeat dici, non modo turpissima, sed & pernicioſa adulatione. Tamquam si habens Imperatorem, alterum appelles. Nonne maximam & inexorabilem offensam contrahes ejus, quem habuisti, etiam ipsi timendam, quem appellasti? Esto religiosus in Deum, qui vis illum propitium Imperatori. Desine alium Deum credere, atque ita & hunc Deum dicere, cui Deo opus est. Si non de mendacio erubescit adulatio, ejusmodi hominem Deum appellans, timeat saltem de infausto. Tertull. Apologet. cap. 28. seqq.

(a) Hunc Libellum, non nobis timentes, misimus, sed vobis & omnibus inimicis nostris, nedum amicis. Ita enim disciplina jubemur diligere inimicos quoque, & orare pro eis, qui nos persequuntur, ut hæc sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium

loro vita, e della verità della loro Religione, in un altro Libro mandato al Preside Romano, che risedeva in Cartagine; dove epilogò in sostanza quanto, in loro difesa, aveva scritto nel suo Apologetico sopraccitato.

Così parlerebbero ai Protestanti i veri, non già i finti Cattolici, quale si è dato a mostra l'Anonimo Riflessivo con le stesse sue replicate e affettate protestagioni di esserlo, se fossero nel caso proposto nella undicesima sua Riflessione alla faccia 285.; dove inopportunamente si ha dato la pena

---

nium est, inimicos autem, solorum Christianorum. Qui ergo dolemus de ignorantia vestra, & *miseremur* erroris humani, & futura prospicimus, *signa* eorum quotidie intentari videmus, necesse est vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea, quæ palam non vultis audire. Nos unum Deum colimus, quem omnes naturaliter nostis: ad cujus fulgura & tonitrua contremiscitis, ad cujus beneficia gaudetis. Ceteros & ipsi putatis Deos esse, quos nos Dæmonas scimus.... Si nos compuleritis ad sacrificandum, nihil præstabitis Diis vestris: ab invitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi contentiosi sunt: contentiosus autem Deus non est.... Sic & circa Majestatem Imperatoris infamamur; tamen nunquam Albiniani, vel Nigriani, vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani... Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris: quem sciens a Deo suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & revereatur, & honoret, & salvum velit cum toto Romano Imperio, quousque sæculum stabit: tamdiu enim stabit. Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum; &c

na di esaminare: *Se il Principe sia tenuto di ricevere ne' suoi Stati la Religione Cristiana*. Ma essi in tal caso non sono, perchè vivono fortunatamente sotto il governo de' loro religiosissimi Principi, che non osservano solamente, ma eziandio difendono l'Ordine Ecclesiastico instituito da Gesucristo. Il perchè è da presumere, che lo sciagurato Anonimo abbia voluto proporre il suo sopraccennato Quesito agl' Imperadori, e ai Re della China, del Gran Mogol, di Costantinopoli, di Persia, del Giappone, e di altri Stati dell' Asia, e

& quidquid est, a Deo consequutum, & solo Deo minorem. Hoc & ipse volet. Sic enim omnibus major est, dum solo vero Deo minor est. Sic & ipsis Diis major est, dum & ipsi in potestate sunt ejus. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro, & ipsius, sed quomodo præcepit Deus, pura prece. Non enim eget Deus, conditor universitatis, odoris, aut sanguinis alicujus. Hæc enim Dæmoniorum pabula sunt. Dæmones autem non tantum respuimus, verum & revincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus pro salute Imperatoris, ab eo eam postulantes, qui præstare potest. Et utique ex disciplina patientiæ divinæ agere nos, satis manifestum esse vobis potest, cum tanta hominum multitudo, pars pene major civitatis cujusque, in silentio & modestia agimus, singuli forte noti magis, quàm omnes; nec aliunde noscibiles, quàm de emendatione vitiorum pristinorum. Absit enim, ut indigne feramus, ea nos pati, quæ optamus, aut ultionem a nobis aliquam machinemur, quam a Deo expectamus. Tertull. Ad Scapulam. cap. 1. & 2.

Digitized by Google

dell' Africa, dove il Cristianesimo non si trova per ancora introdotto, per imperscrutabile giudizio di Dio. E in questa presupposizione, dobbiamo distinguere due Volontà, quella, cioè, di Dio, e quella del Principe.

Quanto a quella di Dio, i Cristiani l' hanno espressa nell' Evangelio (a) da Gesucristo, quando, dopo la sua Risurrezione, spiegò la Podestà, che gli era stata data nel Cielo, e sopra la Terra, ch' era di perpetuare la Divina Missione sua per la conversione degli Uomini, comunicandola agli Apostoli suoi, come a Lui era stata commessa dall' Eterno suo Padre. Che fu appunto la Podestà spiegata da Ugone Grozio (b) nella soprallegata sua interpetrazione, che più distesamente anche *qui* allego;

(a) Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Matth. 28. 18. seqq. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Joan. 20. 21.

(b) *Data est mihi omnis potestas:* Habuerat & ante, vitam mortalem agens, *potestatem;* ut suprà VII, 29; IV, 6. Marci I. 27. quam ipsam *Regnum* etiam laxius appellari notavimus supra in verbis Christi ad Pilatum. At morte acquisivit Regnum infinitum, *omnem potestatem*, ut Paulus dicit Philip. 2. 8. *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen.... In cœlo:* In hac cœlesti potestate, comprehensa est *promissio Spiritus*, quam Christus a Patre ac-

lego, di congregare il Popolo da lui Redento da tutte le Nazioni della Terra; di rimettere i peccati a tutti coloro, che si fossero uniti nella confessione del suo Santissimo Nome, e che si fossero battezzati in quello del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo; di liberargli dal giogo delle cerimonie della legge Mosaica: oltre alla Celeste, consistente nella promessagli Missione dello Spirito Santo, e nel Dominio sopra gli Angioli. E' dunque volontà di Dio, che si propaghi il Vangelo di Gesucristo, e conseguentemente la sua Cristiana Religione; e che i Predicatori di così fatta vera Religione, che, per la facoltà data dall'Uomo-Dio agli Apostoli da lui eletti, sono stati, e saranno loro sostituiti nel Ministero medesimo, con la sua

accepisse dicitur, Actor. 2. 33. & imperium in Angelos, Philip. 2. 10. Hebr. 1. 4. Ephes. 1. 10. Colos. 1. 16. *Et in terra:* Jus congregandi populum ex omnibus terræ finibus; ut clare prædixerant David, Esaias, Daniel. In hoc jure comprehensa est remissio peccatorum. Marcus hic XVI. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit:* quod Joel prædixerat. *Quicumque invocabit nomen Domini, salvus erit.* Deinde libertas a Lege per Mosem data, quam Christus hic tecte innuit. Nam ut alienigenæ adsciscerentur in populum Dei, subeundo jugum Mosis, nihil erat novi: at Christus ostendit, ab his, quos in populum suum adsciscí cupit, nihil requiri aliud, quàm *observationem eorum, quæ ipse præcepit*, infra 20. unde & professionis notam ponit, non Circumcisionem, sed Baptismum . . . . *Euntes ergo:* Optime cohæret cum superioribus. Quando id jus mihi datum

invisibile promessa (a) assistenza sino alla fine del Mondo, la propaghino effettivamente, eziandio contraddicenti i Principi temporali: siccome, contraddicenti gl'Imperadori Romani, la predicarono, e la propagarono gli Apostoli, e per trecento Anni successivi i successori loro, che ne testificarono, e ne confermarono la verità col Martirio, anzi che lasciare di predicarla contra la ricevutane commissione divina. E in ciò seguirono le instruzioni, che avevano ricevute da Gesucristo nell'Evangelio, (b) di girare per lo Mondo, armati di mansuetudine, e di fiducia nella protezione di Dio, che avrebbe operato in essi, e per essi; senza temere la potenza umana, la quale non si stende sopra le Anime; ma temendo la sola Divina, che può disperdere *tutte* le due parti essenziali dell'Uomo.

Quanto poi alla volontà de' Principi della Terra, il Quesito è risoluto dal fatto di quelli del-

la

---

tum est, vos estote ejus juris administri atque legati.... *Docete omnes gentes:* Non ut hactenus solos Judæos. *Baptizantes eos:* Populo congregando ex omnibus gentibus competebat professionis nota, quæ perspicuam apud omnes haberet significationem. Grot. in Evang. Matth. cap. 28. v. 18. & 19.

(a) Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Matth. 28. 20.

(b) Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cœlorum.... Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.... Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Et ad præsides, & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tra-

la Giudea, ai quali era ſtata dai Romani laſciata la podeſtà loro negli affari della Religione, per potere legittimamente per conſeguenza diſporne; e che non pertanto non poterono impedire, che gli Apoſtoli aveſſero predicato il Vangelo in quella Regione, autorizzati dalla ſoprammentovata Volontà di Dio, eſpreſſa loro da Geſucriſto: e con l'autorità della quale, ſecondo la relazione, che ne abbiamo nel Libro de' loro Fatti, (a) ſcuſavano e giuſtificavano la diſubbidienza, che in ciò uſavano alla proibizione loro di fare, ciocchè avevano ricevuto il comando, che aveſſero fatto, da Dio, la cui volontà ſtimavano giuſtamente, che foſſe preferibile alla loro. Ed è lo ſteſſo Queſito riſoluto eziandio dalla condotta ſucceſſivamente tenuta da tutta la Criſtianità per lo ſpazio di circa tre ſecoli, durante i quali non s'intermiſe la Predicazione, e la propagazione della Religione Criſtiana, tra cento E-

---

tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis .... Et nolite timere eos, qui occidunt Corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Matth. 10. 7. ſeqq.

(a) Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Jeruſalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Et ſtatuentes eos (Apoſtolos) in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo no-

ditti degl' Imperadori Romani, che la dannavano; e tra le crudelissime pene, che ordinavano, ed eseguivano contra i suoi Professori. Nè mica perchè i Cristiani avessero disprezzata la Imperiale autorità, che anzi rispettavano meglio, che gli stessi Gentili, come consta dai soprallegati sensi di Tertulliano: ma perchè, senza offesa della vera Grandezza degl' Imperadori, facevano maggiore stima di quella di Dio, secondo la vera definizione, che avevano nelle loro scuole appresa della Divinità, ch'è quella spiegata dallo stesso Tertulliano (a) nel primo suo Libro contra Marcione; do-

nomine feciſtis hoc vos ?. . . . Et vocantes eos, denuntiaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu. Petrus vero, & Joannes respondentes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, judicate. Actor. 4. 5. seqq. Abiit Magistratus cum ministris, & adduxit illos (Apostolos) sine vi, timebant enim populum ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in Concilio. Et interrogavit eos Princeps Sacerdotum, dicens: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Jerusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Actor. 5. 26. seqq.

(a) Veritas Christiana districte pronuntiavit: Deus, si non unus est, non est: quia dignius credimus non esse, quodcumque non ita fuerit, ut esse debebit. Deum autem ut scias unum esse debere, quære quid sit Deus, & non aliter invenies. Quantum humana conditio de Deo definire potest, id definio, quod & om-

dove, dopo averla prodotta, e dimostrata in tutte le sue parti perfetta, come quella, che costituisce la Unità della sua Divina Essenza, senza la quale non sarebbe Dio, dicendo: *Essere Egli il Sommo Grande*, e solo non avente uguale, redarguì la obbiezione, che avesse potuto farsi da alcuno contra la singolarità della sua Grandezza Somma, con l'esempio de' Re della Terra, che ciascuno è Sommo nel suo Stato, che distingue la Sommità respettiva. E riprendendo la improprietà e la sproporzione del paragone delle Umane con le Divine cose, e molto più col medesimo Dio, disse: che la Sommità della

---

omnium conscientia agnoscet Deum Summum esse magnum, in æternitate constitutum, innatum, infectum, sine initio, sine fine. Hunc enim statum æternitati censendum, quæ summum magnum Deum efficiat, dum hoc est in Deo ipsa, atque ita & cætera; ut sit Deus summum magnum, & forma, & ratione, & vi, & potestate. Cum de isto conveniat apud omnes (nemo enim negabit, Deum summum magnum quid esse, nisi qui poterit Deum, imum modicum quid contrarium pronuntiare, ut Deum neget, auferendo quod Dei est) quæ erit jam conditio ipsius summi magni? nempe ut nihil illi adæquetur, id est, ut non sit aliud summum magnum: quia si fuerit, adæquabitur; & si adæquabitur, non erit jam summum magnum, eversa conditione, & ut ita dixerim, lege, quæ summo magno nihil sinit adæquari. Ergo unicum sit necesse est, quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum. Ergo non aliter erit, quàm per quod habet esse, id & unicum omnino. Proinde Deus, cum summum magnum sit, recte veritas nostra pronun-

della grandezza di tutti i Re della Terra, paragonata con quella di Dio, ſvaniſce; e che la varia ſomma grandezza loro, proporzionata a quella degli Stati, del Vaſſallaggio, delle forze, e delle ricchezze di ciaſcuno, quantunque gli coſtituiſca ugualmente Sommi nello Stato loro, tutti non pertanto

---

nuntiavit; Deus, ſi non unus eſt, non eſt. Non quaſi dubitemus eſſe Deum, dicendo, Si non unus eſt, non eſt; ſed quia quem confidimus eſſe, id eum definiamus eſſe, quod ſi non eſt, Deus non eſt; Summum ſcilicet magnum. Porro, Summum magnum unicum ſit neceſſe eſt. Ergo & Deus unicus erit: non aliter Deus, niſi ſummum magnum; nec aliter ſummum magnum, niſi parem non habens: nec aliter parem non habens, niſi unicus fuerit. Certe quemcumque alium Deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri Deum, quàm ut & illi proprium Divinitatis adſcripſeris, ſicut æternum, ita & ſummum magnum. Duo ergo ſumma magna quomodo conſiſtent, cum hoc ſit ſummum magnum, par non habere? Par autem non habere, cum uni competat, in duobus eſſe nullo modo poſſit. Sed argumentabitur quilibet: Poſſe & duo ſumma magna conſiſtere diſtincta atque disjuncta in ſuis finibus, & utique advocabit exemplum: Regna terrarum tanta numero, & tamen ſumma magna in ſuis quibuſque regionibus: & patabit utique humana divinis conferenda. Jam ergo, ſi huic argumentationi locus dabitur, quid prohibet, non dico tertium, & quartum Deum inducere, verum tot jam numero, quot & gentium Reges? De Deo agitur, cujus hoc principaliter proprium eſt, nullius exempli capere comparationem. Hoc natura ipſa, ſi non aliquis Eſaias, vel ipſe per Eſaiam Deus conciongbitur: *Cui me ſimi-*

tanto tra loro relativamente, e a Dio, gli escluda dalla sua Sommità, non essendo ugualmente Grandi. Per la quale giustissima idea, che i Cristiani avevano soli della Divinità, a ragione preferirono le sue leggi a quelle de' Principi; che non lasciò di essere una generale nozione di tutti gli Uomini, nella stessa confusa idea, che n'ebbero.

E a così fatta nozione comune, notò bene Ugo-

---

milabitis? Divinis forsitan comparabunt humana, Deo non ita. Aliud enim Deus, aliud quæ Dei. Denique, qui exemplo uteris Regis, quasi summi magni, vide ne jam non possis eo uti. Rex enim, etsi summum magnum est in suo Solio usque ad Deum, tamen infra Deum; comparatus autem ad Deum, excidet jam de summo magno translatio in Deum. Hoc si ita, quomodo uteris ejus rei exemplo ad Dei comparationem, quæ dum ad comparationem accedit, amittitur? Quid nunc, si nec inter Reges pluriſariam videri potest summum magnum; sed unicum & singulare, apud eum scilicet, qui Rex Regum, ob summitatem magnitudinis, & subjectionem cæterorum graduum, quasi culmen Dominationis excipitur? Sed etiam alterius formæ Reges, qui singulares in unione imperii præsunt, si minutabilibus, ut ita dixerim, regnis undique conferantur in examinationem, qua constet, quis eorum præcellat in substantiis & viribus regni, in unum necesse est summitas magnitudinis eliquetur, omnibus gradatim, per comparationis exitum, de magnitudinis summa expressis & exclusis. Adeo, etsi in disperso multifarium videtur summum magnum, suis viribus, & sua natura, & suo statu unicum est. Tertull. lib. 1. adverſ. Marcion. cap. 3. & 4.

Ugone Grozio (a) nel suo Comento sopra il Libro de' Fatti Apostolici, che avessero appellato gli Apostoli; quando alla proibizione fatta loro dai Principi della Sinagoga Giudaica, di non predicare, nè insegnare il Vangelo di Gesucristo, riverentemente si richiamarono al loro stesso giudizio,

(a) *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire, quàm Deum, judicate,* Provocant Apostoli simpliciter ad *communem notionem*, ut & infra cap. 5. v. 29. Est hæc sententia frequens apud Rabbinos. Herodotus: *Divina humanis potiora putare.* Non repetam hic quæ de hac re collegimus 2. libro de Jure Belli ac Pacis cap. 26. §. 3. & in Annotatis ad eum locum. Grot. in Act. Apostol. cap. 4. v. 19. . . . . Deo potius obediendum, quàm *hominibus*, non Apostoli tantum dixerunt, sed & Socrates (Plato in Apol. Socrat.) & apud Magistros Hebræorum extat sententia, indicans, Regi contra Dei legem quid præcipienti prorsus non parendum. Polycarpi jamjam morituri dictum extat: (apud Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 15.) *Didicimus imperiis ac potestatibus a Deo ordinatis exhibere honorem, quem par est, quique salutem nostram non impediat.* Et Paulus Apostolus: *Filii*, inquit, (Ephes. 6. 1.) *obedite parentibus in Domino, id enim æquum est.* Ad quem locum Hieronymus: *Peccatum filiorum est non obedire parentibus; & quia poterant parentes aliquid imperare perversum, adjunxit, in Domino.* Et de servis addit: *Cum Dominus carnis a Domino spiritus diversum imperat, non est obediendum.* Idem alibi: *In illis tantum debent Dominis, & parentibus esse subjecti, quæ contra Dei mandatum non sunt.* Nam & idem ille Apostolus dixerat, (Ephes. 6. 8.) sui quemque operis mercedem reportaturum, sive liberum, sive servum.

dizio, se fosse convenuto ubbidire piuttosto loro, che a Dio, dal quale avevano ricevuto il comando di predicarlo. Sopra la quale protestagione, che stimò giusta, si rapportò nel sopracitato luogo a quanto aveva scritto, e notato; per comprovarla tale, nel Capitolo ventesimo sesto del

---

yum. Tertullianus vero: (De Idolol. cap. 15.) *Satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, subditos Magistratibus, Principibus, & potestatibus; sed intra limites disciplinæ.* In martyrologio Silvanus martyr: *Idcirco Romanas leges contemnimus, ut jussa divina servemus.* Apud Euripidem (Phæniss. v. 1642.) dicenti Creonti:

Nonne exequi mandata fas ipsum jubet?

Respondet Antigone:

Non imperata jure, nec jus exequi.

Musonius (Stob. tit. 77. liber. parent. honorand.) ita ait: *Si quis aut Patri, aut Magistratui, aut Domino turpia aut iniqua factu imperanti non paret, is nec inobediens est, nec injuriam facit, nec peccat.* Gellius (lib. 2. cap. 7.) negat probam esse sententiam, omnia esse, quæ pater jusserit, parendum. *Quid enim, ait, si proditionem patriæ, si matris necem, si alia quædam imperavit turpia aut impia? Media igitur sententia optima, atque tutissima visa est, quædam esse parendum, quædam non obsequendum.* Seneca Pater (Lib. I. Controv. I.) *Non omnibus imperiis parendum est.* Quintilianus (Declam. 271.) *Non omnia necesse est facere liberis, quæcumque parentes imperant. Multa sunt, quæ fieri non possunt. Si imperes filio ut sententiam dicat contra quem existimet: si testimonium jubeas dici ejus rei, quam ignoret: si sententiam in Senatu: si Capitolium me incendere*

ſecondo Libro della ſua Opera celebratiſſima *ſopra il Diritto della Guerra, e della Pace*; dove allegò moltiſſime Autorità, non ſolo della Sacra Scrittura, e de' Santi Padri, ma eziandio di Filoſofi, di Oratori, e di Poeti Gentili; che ſentenziarono, non doverſi eſeguire tutti i comandi de' Superiori, che foſſero diſdetti dalla Ragione, per lo cui mezzo ci parlò Dio da prima, non che

---

dere jubeas, arcem occupare, licet dicere: Hæc ſunt quæ fieri non oportet. Seneca: (de Benef. lib. 3. cap. 20.) *Non aut nos omnia jubere poſſumus, aut in omnia ſervi parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient: nulli ſceleri manus commodabunt.* Sopater, *Patri*, inquit, *parendum eſt. Si quidem intra jura, recte: ſin ultra honeſtum, non convenit.* Irriſus olim Stratocles, (Plutarch. in Demetrio) qui legem Athenis rogaverat, ut quidquid Demetrio Regi placuiſſet, id in Deos pium, & inter homines juſtum eſſet. Plinius (Lib. 3. Epiſt. 9.) alicubi elaboratum a ſe ait, ut conſtaret miniſterium crimen eſſe.

Ipſa Jura civilia, quæ peccatis excuſabilibus facile veniam præbent, favent quidem his, qui parere neceſſe habent, ſed non in omnibus. Excipiunt enim ea, quæ atrocitatem habent facinoris, vel ſceleris, quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefaria ſunt, ut loquitur Tullius: (1. in Verr. cap. 42.) maleficia, quæ ſponte, & non diſputatione Juriſconſultorum, ſed naturali interpretatione fugienda ſunt, ut Aſconius interpretatur.

Narratum Hecatæo Joſephus memorat, (*Lib.* 1. contra Apion. cap. 22.) Judæos, qui Alexandro Macedoni militabant, neque verberibus, neque contumeliis ullis adigi potuiſſe, ut ad Beli templum, quod Ba-

che dalle sue due Leggi Scritta, e di Grazia.

Resta dunque risoluto l' irreligioso Quesito dell' Anonimo Riflessivo, col successo della propagazione del Vangelo, e della Religione Cristiana nell' Impero Romano, quale si ha preveduto, e predetto nel Libro de' Fatti Apostolici, (a) eziandio nella Giudea, da uno de' Dottori della Legge chiamato Gamaliele; quando suggerì ai Magistrati di quella Nazione, che avessero lasciati gli Apostoli in libertà, non forse avessero resistito a Dio, se veramente fosse stata di sua Volontà Divina la loro Predicazione: nel qual caso

---

Babylone erat, instaurandum, humum cum militibus cœteris aggererent. Sed propius nostri Argumenti exemplum habemus in Thebæa Legione, de qua supra (Lib. 1. cap. 2. §. 10. num. 11. & 12. Et cap. 4. §. 7. num. 10. seqq.) egimus; & in Juliani militibus, de quibus sic Ambrosius: *Julianus Imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus, cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediebant ei: cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc agnoscebant Imperatorem cœli.* Sic & Spiculatores legimus, ad Christum conversos, mori potius elegisse, quàm edictis & judiciis in Christianos manum commodarent. Grot. De Jure Bell. & Pac. lib. 2. cap. 26. §. 3.

(a) Surgens quidam in Concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, Legis Doctor honorabilis universæ plebi, jussit foras ad breve homines fieri. Dixitque ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens, se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occi-

calo gli assicurava, che in vano avrebbero procurato d' impedirla con tutti gli sforzi umani, che avessero potuto usare. E chi sarà, che possa resistere alla volontà di Colui, che Davide (a) credette, essere irresistibile? Creda, come vuole, diversamente l' Anonimo Riflessivo, la cui empietà gli avrà fatto demeritare il benefizio inestimabile della Umana Redenzione: che quanto ai Principi, che non hanno per ancora abbracciata la Religione Cristiana, io auguro loro la grazia di Dio, che la faccia loro abbracciare: e quanto a quelli, che l'hanno già abbracciata, e che la proteggono ne' loro Stati; essendo stati essi introdotti nell' Ovile di Gesucristo, ed essendo stata conceduta al merito del Sacrifizio della sua Croce la loro eterna salvazione; assicurò Egli stesso nel Vangelo di San Giovanni, (b) che niuno glieli strapperà dalla mano, come quelli, che gli sono

occisus est; & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Judas Galilæus in diebus professionis, & avertit populum post se, & ipse periit; & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos; quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur: Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud; ne forte & Deo repugnare inveniamini. Consenserunt autem illi. Actor. 5. 34. seqq.

(a) Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Psal. 75. 8.

(b) Vos non creditis, quia non estis de ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognos-

sono stati donati dall'Eterno suo Padre, per fargli divenire membri del suo Mistico Corpo, e coeredi della sanguinosa conquista fatta sopra l'antica dominazione del Demonio, e del peccato.

Io insensibilmente mi trovo introdotto nella dodicesima Riflessione dell'Anonimo, movente un altro Quesito, ch'è: *Se il Principe possa dal suo Regno scacciare una Religione già ricevutavi*. Questo Quesito, quantunque contenga una empietà, che fa orrore in un Cristiano Cattolico; pure non ha avuto ribrezzo di muoverlo il buon Anonimo Riflessivo alla faccia 291. Ma esaminiamo se lo abbia ben risoluto. Egli, affettando di essere Cattolico, non essendo Cristiano, che di puro nome, ha impreso a giustificare la risoluzione di un Principe, che volesse discacciare dal suo Stato la Religione Cristiana; e si ci è introdotto scarabocchiando nelle facce 289., e 290. delle sue Riflessioni il seguente bestiale preambolo: *Quantunque il fondo di tale Religione, sia per ogni verso venerabile, e non contenga se non che ottimi, e per ogni governo vantaggiosissimi principj; nulladimeno vi possono essere delle buone e lodevoli ragioni, perchè una tale o tale altra setta di Cristiani*, (così confonde i Cattolici con tutte le

gnosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eos quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, majus omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Joan. 10. 26. seqq.

Digitized by Google

genìe di Eretici, che ſi ſono ſeparati dalla Chieſa da Simone Mago ſino a'dì noſtri) *non abbia da eſſere comportata nello Stato. Chi potrebbe, per cagione di eſempio, dar torto ai noſtri Principi Cattolici, s' eglino veniſſero in un tratto a queſta riſoluzione, di non volere più ſoffrire ne'loro Stati la Religione Criſtiana, con alcuni di que'ſuoi principj, con cui è ſtata praticata finora, e che però eſſi ci propone ſſero di abbandonare e codeſti Principj, o pure le loro Terre?* (Ecco finalmente dichiarata Settaria la Religione Cattolica, ch'è la ſola rimaſa nella purità dell'antica Morale e Credenza, e della quale affetta egli di eſſere membro, così continuando a calunniarla) *Noi altri Cattolici inſegniamo, che la Chieſa è uno Stato ſeparato dagli altri Stati, con che veniamo a creare uno Stato in mezzo ad un altro Stato, formando due diverſe Superiorità in un ſolo Stato: che per legge di Natura, per prudenza politica, e per la tranquillità e ſicurezza comune, vorrebbe eſſere retto e governato da una ſola Potenza.* Direbbe bene, ſe l'obbietto del governo Eccleſiaſtico foſſe lo ſteſſo, che quello del governo Politico: ma eſſendo diverſi gli obbietti del Sacerdozio, e dell'Imperio, e alla cura dell'uno, e dell'altro, propoſti ugualmente da Dio; dal quale conobbe, e dichiarò l'Imperadore Giuſtiniano, (a) che foſſero proceduti

(a) Maxima quidem in hominibus ſunt dona Dei, a ſuperna collata Clementia, Sacerdotium, & Imperium: & illud quidem divinis miniſtrans, hoc autem

duti entrambi i governi, per benefizio degli Uomini; non mai potrebbe seguire l'esagerata confusione delle Repubbliche, quando l' uno, non solamente non disturbi, ma favorisca, come sono tenuti a fare per ordinazione Divina, le cure e le provvidenze dell'altro. Imperocchè, quantunque l' uno non abbia bisogno dell' altro per esistere, ed essere perfetto nel suo genere, come bene notò l' illustre Vescovo di Meaux (a) nella sua difesa delle quattro celebri Propositioni della Chiesa Gallicana; dimostrando, che di fatto entrambi avessero retto, e potessero reggere di per

tem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens, ex uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam. Justin. Imperat. Novell. 6.

(a) Regimen perfectum dicimus consideratione duplici. I. in Ordine Morali, sive in genere moris. II. in Ordine politico, sive in genere Civilis societatis. Itaque asserimus, sine vera Religione, esse perfectum regimen, non in ordine morali: neque enim boni mores, sine vera Religione, veraque beatitudine, qui morum, ac vitæ humanæ finis est, esse possunt; neque, ut præclare Augustinus, (Epist. 155. aliàs 52. cap. 3. & lib. 1. de Civ. cap. 15.) aliunde esse potest beata ac perfecta Civitas, aliunde homo; cum Civitas nihil aliud sit, quàm hominum certo fœdere conjuncta societas. Nullum ergo regimen in ordine morali, sine vera Religione, perfectum esse potest. At perfectum esse posse dicimus in ordine politico, seu quantum attinet ad jura societatis humanæ: perfectum enim est eo respectu regimen, quo primum est legitimum, tum vere est a Deo, omnique animæ pie colendum. Denique in se supremum, nul-

se perfetti, come regge per ancora tra molti Popoli Infedeli il Politico, a conservazione de' Diritti della Umana Società, senza la vera Religione; e come quello della vera Religione resse, senza l'appoggio del Politico, anzi contrariato da questo, sotto Faraone, e sotto tutti gli altri Principi Assirj, Persiani, e Greci tragli Ebrei; e per lo spazio di circa tre secoli eziandio tra' Cristiani sotto gl' Imperadori Gentili: non pertanto, comunque l'uno possa stare, e sia stato senza dell' altro, per essere tutti e due provenienti da Dio, l' uno per la temporale, e l' altro per l' eterna fe-

---

nullius alterius imperii indigum, nulli alteri obnoxium potestati. Tale autem fuit, & est regimen etiam apud infideles & impios; ergo perfectum illud regimen, sine vera Religione, veroque Sacerdotio, esse potest. Cumque apud Infideles non nisi falsum & illegitimum Sacerdotium esse possit; veri tamen ac legitimi, & a Deo ordinati Magistratus præsunt; suntque ab ipso Deo, cum Religio, tum Imperium ita constituta, ut & vera Religio, sine adjuncto sibi Imperio, & verum ac legitimum Imperium, sine adjuncta sibi vera Religione esse possit. Vera Religio, sine adjuncto sibi Imperio, imo Imperio plerumque adversante, sub Pharaone, sub Nabuchodonosore, Balthassare, cæterisque Assyriis, Persisque & Græcis Regibus penes Hebræos; sub tot impiis Imperatoribus penes Christianos fuit. Verum Imperium, sine vera Religione, ubique terrarum nititur. Est ergo Imperium, seu Civile regimen, Religioni subordinatum, & ab ea pendet in ordine morali, non autem in ordine politico, seu quod attinet ad Jura societatis humanæ: cum hoc postremo ordine & Religio,

Digitized by Google

felicità degli Uomini, si avvisò; che il Politico, per altro perfettissimo, come legittimo nel genere suo, non mai possa essere perfetto nel genere morale, senza la vera Religione, e senza la vera beatitudine, ch' esser dee il fine principale de' costumi, e della vita degli Agenti Ragionevoli. E il governo di questa, dice il sopraccitato Canonista Tedesco, (*a*) essendo stato commesso al Sacerdozio immediatamente da Dio, come quello delle cose temporali è stato dallo stesso Dio dato ai Principi della Terra, per dovere il Sacerdozio moderare gli Animi umani, suggettando-

gio, & Imperium sine se invicem esse possint. Bossuet Episc. Meldens. in Defens. Declarat. Cleri Gallic. part. 2. lib. 5. cap. 5. in Corollar.

(a) Duo sunt, quibus mundus principaliter regitur, *auctoritas Sacra Pontificum*, *& regalis potestas.* (Justin. Imper. Novel. *6.* Grat. Dist. *96.* can. 10.) Utraque a Deo immediate venit, hominibus ad regendos alios homines data & collata. Quamvis autem utraque hæc potestas a Deo uno, varie tamen una ab altera cumprimis in eo distinguitur, quod potestatis Sacræ, quia *mere spiritualis est*, salus & felicitas *hominis* interni; potestatis politicæ vero, quia *mere temporalis est*, salus & felicitas *hominis externi* suprema lex sit. Diversitas igitur finium, quos utraque Majestas respicit, diversitatem quoque legum, juriumque producat necesse est; ut adeo neutra harum potestatum nec directe, nec indirecte pendere possit ab altera. Paul. Joseph. Riegger Dissert. I. de Jur. Eccles. univers. orig. nat. & princip. §§. 1. 2. 3.

Quum potestas Canones ad Sacrorum ministerium, vel cœremonias; verbo, ad disciplinam proprie

gli a Dio, e conformandogli alla ſua Santiſſima Volontà con la oſſervanza delle ſue Divine Leggi; e il Principato contenere i Corpi e le facoltà corporali degli Uomini, ſicchè non ne abuſino a pregiudizio della Civile Società, che intra di loro gli lega; ma piuttoſto ſcambievolmente ſi giovino, alternando i miniſterj e gli uffizj, ai quali è condizionato ciaſcuno: ſi avvisò giuſtamente, che l'uno non doveſſe eſſere dipendente dall'altro nel preſcrivere, e nell'adoperare i mezzi, che ciaſcuno crederà conferenti al conſeguimento del reſpettivo fine: che eſſendo quello dell'uno interno, e quello

---

prie talem pertinentes, ſanciendi, naturæ ſolius vires excedat: ſumma autem poteſtas legum politica, ambitu ſuo, ſpiritualem minime complectatur; Principibus Laicis, facultatem, vi cujus, Eccleſiæ territorio ſuo incluſæ, diſciplinam arbitratu ſuo ordinare poſſint, eſſe denegandam.

Attamen, quia Principes Chriſtiani, vi ſummi Imperii, non modo felicitatem Reipublicæ externam, procurare, ſed etiam veri Dei cultum divinitus revelatum, & pendentem inde populi ſui fidelis ſalutem internam, mediis poteſtati ſuæ propriis, pro viribus conſervare & promovere tenentur; eumque in finem *Nutricii*, ſeu *Defenſores*, *Protectores*, & *Advocati Eccleſiæ* a Deo conſtituti eſſe intelliguntur: tum autem huic officio quam optime ſatisfacere cenſentur, quando ea, quæ ab Eccleſia circa *credenda*, & *agenda* ſtabiliuntur, executioni mandari curant; facile conſtat, eoſdem graviſſima, miniſterium poteſtatis ſuæ, pro credendorum & agendorum executione, Eccleſiæque protectione, impendendi obligatione conſtringi.

Quo-

Digitized by Google

lo dell' altro esterno, e della stessa natura i mezzi; non mai il fine del Principato, ch' è esterno, e quello del Sacerdozio, ch'è puramente interno, potranno essere interrotti o impediti dai mezzi, che sono prescritti, e adoperati da entrambi. Sebbene aggiunga lo stesso Scrittore, che i mezzi esterni, che adoperano i Principi, per impedire e per punire tutti i malefizj, che inquietano, e turbano la Società Umana, possano e debbano adoperargli ancora per impedire, e per punire quelli, che corrompono la Divina Religione, e mettono sossopra la Chiesa; se, essendo essi Cristiani, debbono non solamente procurare l'esterna felicità della Repubblica, ma eziandio l' interna perfezione de' loro sudditi, dipendente dal culto di Dio, e dalla suggezione alle sue divine leggi; dando, con le loro, forza di

Quoniam autem omnis legitima potestas media continet idonea, & sufficientia, sine quibus exerceri non potest; illa vero, quam Rectoribus populorum Christianis vindicavimus, credenda & agenda exequendi, Ecclesiamque protegendi & defendendi facultas, sine potestate legislatoria, elumbis & superflua foret: consequens est, ad hujus potestatis exercitium, jus condendi leges, quibus Principes Christiani, credendorum & agendorum regulis, seu Canonibus, novum robur adjicerent, eorumque vim corroborarent, additis quoque poenis temporalibus, Ecclesiæque pacem & tranquillitatem contra quoscumque tuerentur, necessario pertinere. Paul. Joseph. Riegger Dissert. 2. de Jur. Eccles. partic. orig. nat. & princ. §§. 21. 22. 23.

Digitized by Google

oſſervanza eſterna a quelle de' Paſtori Eccleſiaſtici, che obbligano internamente. Che fu la perſuaſione antica, nella quale, così nel Codice di Giuſtiniano, (a) come ne' Capitolari de' Re di Francia, leggiamo, che foſſero vivuti ab antico tutti i Principi Criſtiani e Cattolici: nè mica ſolo per ſentimento di gratitudine a Dio, dalla cui beneficenza riconoſcevano il loro Imperio; ma eziandio per l'intereſſe temporale di quella felicità terrena, ch' erano ſtati ſoprapposti a procurare al loro Popolo col loro governo, e che conoſcevano, do-

(a) Decere arbitramur noſtrum Imperium, ſubditos noſtros de Religione commoneſacere. Ita enim & pleniorem adquiri Dei, ac Salvatoris noſtri *Jeſu* Chriſti benignitatem poſſibile eſſe exiſtimamus, ſi quando & nos, pro viribus, ipſi placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtituerimus. Lib. 1. Cod. Juſt. tit. 1. Leg. 5.

Si Civiles Leges, quarum poteſtatem nobis Deus, pro ſua in homines benignitate, credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri, ad obedientium ſecuritatem ſtudemus; quanto plus ſtudii adhibere debemus circa ſacrorum Canonum, & divinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? Qui enim Sacros Canones cuſtodiunt, Domini Dei adjutorio digni ſunt: qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos judicio reddunt obnoxios. Majori igitur condemnationi ſubjacent ſanctiſſimi Epiſcopi, quibus concreditum & commiſſum eſt & Canones inquirere, & conſervare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Imperat. Juſtin. Novel. 137. in præfat.

Bene univerſa geruntur & competenter, ſi rei prin-

Digitized by Google

dovergli derivare in gran parte dalla Divina placazione. Così l' Imperadore Teodosio II. protestava di promuovere la Religione de'Popoli suoi, per provocare verso di loro la beneficenza di Dio, e del comune Salvadore Gesucristo suo Figliuolo. Così l' Imperadore Giustiniano si avvisava, che gli fosse convenuto usare maggiore studio sopra l' osservanza degli Ecclesiastici Canoni, e delle Divine Leggi, che sopra quella delle Civili, commesse da Dio alla sua Podestà; appunto perchè credeva, che la osservanza de' Sa-

---

principium fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam justi, & laudandi, & adorandi inspectores & ministri Dei verbi tradiderunt Apostoli, & Sancti Patres custodierunt, & explanaverunt.... Quæ igitur a nobis sancita sunt, & sacrum ordinem statumque custodiunt, secundum sacrarum regularum observationem & virtutem, de cœtero conservent perpetuo integra, & sanctissimi Patriarchæ uniuscujusque Diœcesis, & Deo amabiles Metropolitæ, & reliqui Reverendissimi Episcopi, atque Clerici, ubique Dei culturam, & sacram Disciplinam custodientes inviolatam, pœna imminente hæc prævaricanti; quo penitus alienus sit a Deo, & imposito sibi Sacerdotii ordine. Nam velut indignus, hoc excluditur. Licentiam vero universis damus, cujuscumque sint officii, vel conversationis, respicientibus aliquid horum prævaricari, nunciare nobis, & ad Imperium, quod semper est: ut nos, qui hæc, secundum sacrarum regularum explanationem, Apostolicamque traditionem, constituimus, decentem etiam indignationem prævaricantibus inferamus. Imperat.

Digitized by Google

Sacri Canoni, rendeva degni del Divino ajuto coloro, che gli offervavano, e dannabili al contrario quanti gli trafgrediffero: riconofcendo ne' foli Vefcovi l'autorità di fargli, e perciò incolpandogli, fe ne aveffero paffata la trafgreffione impunita; e affumendo egli la follecitudine di fargli offervare, eziandio fopra gli fteffi Sacri Miniftri, che ne riconofceva per foli Autori: per lo quale religiofo fine, non feppe mai rifinare di dichiarare fue le Ecclefiaftiche Coftituzioni, e di ordinarne la efecuzione a tutti i Magiftrati del fuo Imperio, come di fue Imperiali Leg-

perat. Juftin. Novel. 6.

Sacras & divinas regulas, etiam noftræ fequi non dedignantur leges. Imper. Juftin. Novel. 83. cap. 1.

Noftræ Reipublicæ Judices omnibus ftudeant modis, ea, quæ facris regulis continentur, quas noftra fequitur Lex, ad effectum perduci procurare. Imper. Juft. Novel. 5. in fin.

Volumus atque præcipimus, ut omnes fuis Sacerdotibus, tam majoris Ordinis, quàm & inferioris, a minimo ufque ad maximum, ut fummo Deo, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur, obedientes exiſtant. Nam nullo pacto agnoſcere poſſumus, qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles, & ſuis Sacerdotibus inobedientes apparuerint; aut qualiter nobis obedientes, noſtriſque miniſtris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei cauſis, & Eccleſiarum utilitatibus, non obtemperant. Potius namque, juxta veritatis vocem, ille metuendus eſt, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam, quàm ille, qui corpus torquere, & honores temporales poteſt auferre. De illis dictum eſt: (Luc. 10.) Qui vos

Leggi; alle quali, in cento, che ne fece, oltre alle poche, che ne ho io quì allegate, proteſtò, che non diſdiceva di ſecondare i Canoni Sacri. E così finalmente l'Imperadore Lodovico Pio, ſtimando ſaggiamente, che mal ſicura ſarebbe ſtata la fedeltà a lui, e ai Magiſtrati ſuoi, per divina diſpoſizione, dovuta dai Popoli ſuoi ſuggetti, ſe foſſero ſtati infedeli e diſubbidienti ai Sacerdoti, parlanti in nome di Dio, di cui ſono legati; fulminò ſeveriſſime pene contra tutti coloro, che non gli aveſſero ubbiditi nell' eſercizio del Miniſterio loro; eziandio che foſſero ſtati i pro-

pri

---

vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et alibi: (Zach. 2.) *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rurſus: (Matth. 10.) *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, melius eſt illi, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Et iterum: (Matth. 18.) *Qui vos recipit, me recipit; & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit.* Et multa alia, horumque ſimilia. His ergo fulti Oraculis, jubemus ut omnes eis, pro viribus, ad eorum peragenda miniſteria, & ad malos & peccatores atque negligentes homines diſtringendos, ſummopere obedientes exiſtant. Qui autem in his, quod abſit, aut negligentes, eiſque inobedientes fuerint inventi, ſciant ſe, nec in noſtro Imperio honores retinere, licet etiam filii noſtri fuerint; nec in Palatio locum, neque nobiſcum, aut cum noſtris ſocietatem aut communionem ullam habere; ſed magis ſub magna diſtrictione & ariditate pœnas luent. In his namque omnium noſtrorum fidelium volumus agnoſcere fidem ac benevolentiam: quoniam ſi hæc fideliter & utiliter impleverint, tunc

Deo

Digitized by Google

prj figliuoli ſuoi : e con sì fatti principj governandoſi, infiammava i Veſcovi del ſuo Regno a fare il libero uſo del loro zelo, in adempimento del Miniſtero commeſſo loro da Dio, con la eſibizione del ſuo Regale ajuto contra la pervicacia de' contumaci, ſempre che l' aveſſe richieſto il biſogno di eſſere ſecondati dalla ſua Regia Podeſtà : che nelle Calamità pubbliche del ſuo Stato, religioſamente penſando, non iſdegnò di ſuggettare, unitamente col ſuo Vaſſallaggio, alla loro correzione; convocandogli tutti in più Concilj

---

Deo & nobis fideles erunt. Si autem, quod abſit, ſecus egerint, tunc non ſolum infideles, ſed etiam infames atque reprobi manifeſte apparentes, notabuntur, eorumque domus publicabuntur, & ipſi exiliabuntur. Capitular. lib. 7. cap. 306.

Ubicumque per negligentiam ..... cujuslibet perſonæ, aliquod vobis difficultatis in hoc apparuerit obſtaculum, noſtræ dignoſcentiæ id ad tempus inſinuare non differatis; ut noſtro auxilio ſuffulti, quod veſtra auctoritas expoſcit, famulante, ut decet, poteſtate noſtra, perficere valeatis. Lib. 2. Capitular. cap. 4. alias Ludovici Pii Imperatoris Capitular. 2. tit. 4. ex Harduino tom. 4. Concil. pag. 1250.

Noſſe volumus ſolertiam veſtram, quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſideravimus, ut primo omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis, in locis congruis, tempore opportuno, convenirent: & ibi tam de ſua, quàm de omnium noſtrûm correctione & emendatione, ſecundum divinam auctoritatem, quærendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris, ſecundum miniſterium ſibi commiſſum, annuntiarent .... In quibus conventibus tractare,

Digitized by Google

cilj, col parere de' Grandi della ſua Corte, perchè aveſſero eſaminate le cauſe de' divini flagelli, che piombavano ſopra il ſuo Regno, da lui attribuiti alle traſgreſſioni delle Divine Leggi, e ne aveſſero propoſta la comune correzione. Che fu la ragione, per la quale i due Santi e dotti Sommi Pontefici Celeſtino I, e Leone I, (a) ſcrivendo il primo all' Imperadore Teodoſio I. e il ſecondo all' Imperadore Leone I, gl'infiammavano alla difeſa della Chieſa, e della Fede di Geſucriſto, aſſicurandogli, che ſarebbe tornato bene

ſtare, quærere, & cum Dei adjutorio invenire debent de cauſis ad Religionem Chriſtianam, & eorum curam, pertinentibus: quid a Principibus, & reliquo populo .... teneatur .... vel .... non teneatur.... Epiſt. Ludovici Pii tom.4. Concil. Harduini, pag.1289.

(a) Cum enim Clementiam tuam Dominus tanta Sacramenti ſui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, Regiam poteſtatem tibi, non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam; ut auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas..... Magnum ergo vobis eſt, ut Diademati veſtro, de manu Domini, etiam Fidei addatur corona, & de hoſtibus Eccleſiæ triumphetis. Epiſt. S. Leon. Papæ ad Leon. Imper. Ex Codice Encyclo Epiſtolari pro defenſ. Concil. Chalcedon. Epiſt.5. tom.2. Concil. ex Collect. Harduini pag. 701.

Major vobis Fidei Cauſa debet eſſe, quàm Regni; ampliuſque pro pace Eccleſiarum Clementia veſtra debet eſſe ſollicita, quàm pro omnium ſecuritate terrarum... Pro veſtri enim Imperii ſalute geritur,

Digitized by Google

